

RECTOR ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.

Pimetheus Promethei fratrem natu minorem, quorum uterque quidem, sed ille serius, non nisi accepto damno, hic maturius non sine rerum suarum emolumento sapit, erudita fixit antiquitas. Prometheus nimis $\omega\zeta\sigma\omega$ re-spiciens velut ϵ specula futuram tempestatem prævidet, &, ut sortis $\alpha\lambda\pi\epsilon\gamma\sigma\alpha\lambda\pi$ vices, sibi forsan detrimentosas, quoad ejus integrum, declinet, aut prævertat, rerum suarum satagit: Epimetheus $\omega\pi\iota\sigma\omega$ respiciens $\pi\alpha\theta\mu\alpha\tau\alpha$ $\mu\alpha\theta\mu\alpha\tau\alpha$ sibi facit, &, cùm poenitentiam magno prius emisset, rebus demum suis serio consulere incipit. Epimetho gemelli videntur, qui tot edicis severissimis summorum Magistratum, tot Academiarum ex locis publicis affixis intimationibus de damno vitando admoniti, ut res Pennalisticas missas ficerent, & prava consorta, nisi circumventi & inescati cum suis Coryphaeis poenas exemplares dare velint, cane pejus & angue vitarent, tamen susque deque Magistratus autoritate habitâ, si non semper palam, clam tamen & velut aliud agendo, res antiquas novis nominibus incrustando, glaucomata judicum oculis objiciendo, aut quibuscunque tandem modis, inventâ lege, fraudes legis anquirendo Pennalismo detestando frigidam suffuderunt. In quorum censum etiam, ut programma collaterale in Academia Wittebergensi non ita pridem publicè affixum id ipsum docere potest,

LAURENTIUM BUGES, Neo-Stetinensem Pomerarum,

quod conterraneum suum eâ insestatus sit improbitate ac mordaci sannâ, quâ vix atrociorem impotentissimus proferre PENNALISTICUS ALASTOR potuisse, non immerito collocamus. Cùm verò ab Inclyta Leucorea præmia factis quis digna programmata publico ad unius anni spaciū relegatus tuleris, Nos itidem

To *LAURENTI BUGES*

non tantum propter antiquum & sororium utriusque Academiæ Electoralis nexum, sed & fœdus Academiarum Germanicarum novum ad unius anni spaciū ab hac Philyrea voce publicâ relegamus, &, ne pedem intra præfinitum temporis intervallum in hæc Musarum sacraria inferas, nisi contraveniens poenam exasperari tibi velis, vigore præsentium edicimus. Ut documenta documenta te facturum, & à glandibus ad frugem reversurum confidimus: Sic alios in his ipsis vestigiis forsan hærentes & ad perniciem suam contendentes periculo sapere alieno, & $\omega\zeta\sigma\omega$ respicientes in viam regiam redire jubemus. In culpa siquidem conjunctos in poenis quoque conjugendos esse, certo certius prædicimus. P. P. Pridie Id. Quintilis, A. æræ Christianæ M DC LXIII.

RECTOR ET CONSILIU M PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.

Pimetheus Promethei fratrem natu minorem, quorum uterum suum suarum orationes, rebus vices, suarum enitentes, neo generalibus consorcie vita-

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
[Color patch]								
[Color patch]								

melli videntur, affixis intin-
tia, nisi circu-
rent, tamen susque deque Magistratus autoritate habitâ, si non semper palam, clam tamen & velut aliud
agendo, res antiquas novis nominibus incrustando, glaucomata judicum oculis objiciendo, aut quibus-
cunque tandem modis, inventâ lege, fraudes legis anquirendo Pennalismo detestando frigidam suffude-
runt. In quorum censum etiam, ut programma collaterale in Academia Wittebergensi non ita pridem
publicè affixum idipsum docere potest,

LAURENTIUM BUGES, Neo-Stetinensem Pomerarum,

quod conterraneum suum eâ insestatus sit improbitate ac mordaci sannâ, quâ vix atrociorem impotentissimus proferre PENNALISTICUS ALASTOR potuisset, non immerito collocamus. Cùm verò ab Inclyta Leucorea præmia factis quis digna programmate publico ad unius anni spaciū relegatus tuleris, Nos itidem

To LAURENTI BUGES

non tantum propter antiquum & sororium utriusque Academiæ Electoralis nexum, sed & fœdus Academiarum Germanicarum novum ad unius anni spaciū ab hac Philyrea voce publicâ relegamus, & ne pedem intra præfinitum temporis intervallum in hæc Musarum sacraria inferas, nisi contraveniens pœnam exasperari tibi velis, vigore præsentium edicimus. Ut documenta documenta te facturum, & à glandibus ad frugem reversurum confidimus; Sic alios in his ipsis vestigiis forsan hærentes & ad perniciem suam contendentes periculo sapere alieno, & respicientes in viam regiam redire jubemus. In culpa siquidem conjunctos in pœnis quoque conjungendos esse, certo certius prædicimus. P. P. Pridie Id. Quintilis, A. æræ Christianæ M DC LXIII.